BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Österreich, 12. Jh. Seite 187v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tua. An gaudebo de his que passus es. & de crudelitate illorum qui ea
tibi fecerunt. quomodo nisi illi fecissent tu passus non esses. & si tu passus
bona non esses. hec mea non essent. Aut si de illis delebo. quomodo de istis propter quod
illa fuerunt. & quod non essent nisi illa fuissent gaudebo. Sed certe illorum ne
quicia nichil facere potuit. nisi quia tu sponte permisisti. nec tu pas
sus es. nisi quia pie uoluisti. Illorum itaque debeo crudelitatem execrari.
mortem & labores tuos compatiendo imitari. piam uoluntatem tuam
gratias agendo amare. & sic secure de bonis mihi collatis exultare.
Ergo humuntio illorum crudelitatem dimitte dei iudicio. & tracta
de his que debes saluatori tuo. . xx.
Considera quid tibi erat & quid tibi factum sit. & pensa quid hoc tibi
fecit. quo amore dignus sit. Intuere necessitatem tuam & bonitatem
eius. & uide quas gratias reddas. & quantum debeas amori eius. In tenebris
in lubrico. in descensu. super irremediabile chaos inferni eras. In mensu
sum. & quasi plumbum pondus pendens a collo tuo deorsum te trahebat.
onus importabile desuper te premebat. hostes inuisibiles te toto cona
tu impellebant. Sic eras sine omni auxilio & nesciebas. quia sic con
ceptus & natus eras. O quid tibi tunc erat. & quo te ista rapiebant. Expa
uesce momorando, extremisce cogitando. O bone. o domine ihesu xpe.
sic posito nec petenti. nec opinanti. ut sol mihi illuxisti. & mihi quomodo
eram ostendisti. abiecisti plumbum quod deorsum me trahebat. remouisti
onus quod desuper me premebat. Impellentes me repulisti. ac illis te pro me
opposuisti. Vocasti me nomine nouo. quod mihi de nomine tuo de
disti. & incuruatum ad aspectum tuum erexisti dicens. confide ego
te redemi. animam meam pro te dedi. si adheres mihi. & mala in quibus
eras euadas. & in profundum quo properabas non cades. sed perducam te ad reg
num meum. & faciam te heredem dei. & coheredem meum. Exinde accepisti
me intuitionem tuam. ut nichil noceat anime mee contra uolun
tatem suam. Et ecce cum non dum adheserim tibi. sic consuluisti. non dum tamen in